

do anima prævaricata fuerit prævaricatione & peccaverit (in aliquo) de sanctis Jehovæ (ut usum ex re Deo sacra capiat) adducet in reatum suum Jehovæ arietem integrum de grege &c.

THESIS IV.

*Fœtus victimæ, quæ victimæ pro reatu cædendæ (si amissa esset) surrogabatur, pascebat, donec vitium contraheret.*

§. 1.

Non modo iste fœtus, sed & ex eo nati fœtus, & iterum ex hoc fœto nati fœtus omnes, si prima mater victimæ pro reatu cædendæ esset surrogata, pascere debebant, donec vitium contraherent, & venderentur ac pecuniæ, ex hujusmodi animali vendito acceptæ, ad holocaustum voluntarium adhiberentur. *Vid. Majmon. T. 3. Operum in titulo permutatione (sacrificiorum) c. 4. §. 4.*

§. 2.